Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



xxi.

Palme deinde aspergentur et thurificentur dicatur quoque oratio: Oremus:-

Deus qui filium tuum vnigenitum. pro redemptione nostra dignatus es dirigere. vt populum tuum ab initio in peccati profunda dimersum. a morte ad vitam reuocares. et cirographo leti deleto sanguine filij tui. innouares gentibus regnum. deus qui dispersa congregas. et congregata conseruas. qui populis obuiam iesu ramos palmarum portantibus benedixisti. bene ✠ dic etiam hos ramos palmarum. quos tui famuli ad nominis tui benedictionem fideliter suscipere cupiunt. vt in quemcunque locum introducti fuerint. tuam benedictionem habitatores loci illius omnes consequantur. ita vt omni aduersa valitudine effugata. dextera tua protegat quos redemit. Per eundem dominum:-

Palme demum distribuuntur et interrum canitur anti:

Ante sex dies solemnis pasce quia venit dominus in ciuitatem hierusalem occurrerunt ei pueri et in